



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XXIII. De Delictis Puerorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-63462)

est arbitraria. l. 1. 2. 4. ff. de prævaricat. In Ben-
ficialibus privatio Beneficii. c. 3. cit.

TITULUS XXIII.

De Delictis Puerorum.

SUMMARIUM.

1. *Pueri, Infantes, Puberes qui dicantur.*
2. 3. *Pueri, & Minores delinquentes quomodo puniantur.*
4. *An pater pro filio in ære plecti possit.*

I Nomine Puerorum hic maximè venientia puberes, qui septennium egressi nemus impleverunt 14. ætatis annum; nam te septennium completum dicuntur *Infantes*, si presumuntur ne cum doli esse capaces, qui ad delinquendum requiritur, propter defecum usus rationis, atque ideo nec propriè puniri, sed solum castigari, sicut amentes & furiosi, possunt, ut prehensione doloris stimulentur, ut faciat, si omittant, quod oportet. Completò autem anno vocantur *Puberes, Adolescentes*, vel *Mores*, usque ad 25. annum ætatis completum. Sunt præterea DD. in Criminalibus, & in ordinibus ad poenam propter delicta infligendas, mandatis equiparari fœmellas, ita ut usque ad annum habeantur pro impuberibus. Quæstio hinc venga est, an Pueri, si delinquent, & quomodo puniendi sint.

2 Dico I. Pueri propter delicta omissionis legali Poena non sunt afficiendi. 2. &, si intencio sunt proximi, nimirum uno tantum vel alio

ro anno eam egressi, nec propter delicta commissionis. 3. si tamen doli jam sint capaces, & proximi pubertati, h. e. uno tantum, vel unō & dimidiō annō distantes à pubertate, subjacent quidem pœnæ Legali. 4. non tamen Ordinariæ, sed mitiori, saltem regulariter. Pars 1. fundatur in *l. 12. ff. ad Cornel. de Sicar.* & *l. 2. si advers. delict.* ac in præsumptione, quod imprudentiâ potius, quam dolô & malitiâ aliquid omiserint contra legem præcipientem. Pars 2. in *§. 10. Inst. de Inutil. stipul.* *l. 22. ff. pr. de L. Corn. de fals.* ac in ratione, quod tales infantiae proximi censeantur parum adhuc distare à furioso, & dolus (nisi se prodat extraordinaria Judicii maturitas, de quo arbitratur Judge) ob infirmitatem Judicii non consideretur. Pars 3. in *c. 1.* & *2. b. t.* cùm autem quidam citius, alii tardius maturescant, Judicis erit pœnam commensurare dolo, quem apprehendit. Pars 4. in *citt. cc. 1.* & *2. l. 1. §. 33. ff. de S. C. Silan.* ubi ne quidem torqueri permittuntur, nisi ferulâ. Accedit regula generalis in *l. 108. ff. de R. f.* ibi: *ferè in omnibus penalibus Judiciis & atati & imprudentiae succurritur.* Addidi, regulariter; nam si crimina puerorum sint enormia, valde perniciosa, ac malitia suppleat ætatem, & proximi sint pubertati, nec spes emendationis constantis affulgeat, uti in Magis & Beneficis, ac subinde Furibus, etiam pœna mortis locum habet. per *l. 1. cit. l. 14. ff. de S. C. Silan.* & *Constit. Carolin. art. 164.*

Dico 2. Minores quamvis ob delicta graviora commissionis à pœna Ordinaria Legis immunes non sint. *l. 36. l. 38. §. 4. ff. ad L. Jul. de Adult.*

ratio-

704 LIB. V. TITULUS XXIV.

ratione tamen infirmi adhuc Judicii possunt & solent mitius plecti, mutata v. g. pœnâ mortis investigationem, vel pœnâ mortis qualificatâ in simplicem, per l. 38. §. 4. & l. 108. citt.

4 Dico 3. Si filius nihil habet proprii, v.g. nec peculium castrense nec quasi, non tenetur, ne condemnari potest pater ad pœnam pecuniarum pro eo exsolvendam, modò delicti particeps non fuerit, vel in correctione filii non culpabiliter negligens, vel ex delicto filii non sit factus ditor. l. 26. ff. l. 22. C. de pœn. ubi habetur, quod non alienæ culpar debeat esse succedaneus, & delicti suos tenere debeant authores. Neque paternetur filio dare Legitimam, ut indè exsolvantur. Etiam; quia sicut hereditas, ita & Legitima, non debetur filio à patre vivente. l. 1. §. 21. ff. de Colat. Igitur filius, nihil habens, non in arte, sed in cute, vel alio modo plectendus est.

TITULUS XXIV.

De Clerico Venatore.

SUMMARIUM.

1. *Venatio quid & quotuplex.*
2. *An prohibita Clericis.*
3. 4. *An Principes eam prohibere possint Subditum ac sibi solis reservare.*
5. *An ob actionem turpem possit accipi, reiuxit vel etiam exigi premium, vel lucrum.*
6. *Notatur D. Gletle.*

1. **V**enatio in genere est persecutio & occidatio animalium, quæ in sua adhuc libertate naturali existunt, & in nullum do-